



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

In somnium Iacob. Ode Diclos Distrophos. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44973

MONUMENTA.

89

Promissam sobolem iussa negantia, &
Pugians pollicitis consilium nocum
Non sifit dubium, nec facit exitus
Spem deponere prosperi.

Namque immota fides, cum semel ha serie
Deuoto penitus pectore, sustinet
Quicquid vel superum, vel genus inferum
Vel tentare paret Deus.

FIDEI TESTIMONIVM.

Nil nisi quod dixit Dominus sapere, hoc sapientum est,
Et ausquam visum fallere consilium.

DÉO EXAMINATORI S.

In somnium Iacob.

Ode Dicolas Distrophos. VIII.

Q Væ patribus firmata olim sunt foedera primis,
Nouique cœpta ab orbis ante termino,
Et quæ prima hominum, quæque altera credidit artas,
Rudi sed usque peruvoluta imagine;
Hæc eadem iam clara magis, monstratique cernit
Suo Iacobus expedita tempore.
Qui dum humilis, fugiensque minas fratrisq. futureas
Deum vocaret, inque vota posceret;
Et placido iam membra darer recreanda sopori,
Labore pressa, mente sed vigil magis:
Ea certus docilisque, poli manifesta videbat
Patentis ampla permicare limina;
Innoxiamque solo scalain, quæ vertice summo,
Poli tonantis alta templa viuiceret;
Multifidisque gradu, terris deduceret imis
Ad usque testa fulgidi orbi aurea.
Illic supremam fedem, pater ipse benignus
Fouens tenebat efficace numines;
Quo vultu solisque ignes, hyemisque nivales,
Et impotentis impetum maris regit.
Hæc iter ad superos didicit, certamque patere
Viam perennis usque ad innixa ethieris.
In quo oblata hominum generi commercia diuina
Videns, facetus atque adorat exitus.

B 2

Cetere

HVMANAË SALVTIS

Cernit enim aligeros, non agmina rara, ministros.

Identidem altos ferre per gradus pedem:

Inde hominum terras inuisere, rursus & isthinc

Tonantis alta commeare limina.

Tunc pauet agnoscitque domum portamque supernam.

Opus sed astra quod pererrat ultima,

Quodque premens terras, præteruolat æthera in arctum

Vocare carmen & referre sit nefas.

HVMANA DIVINITAS.

Cur tanto genus humanum dignetur honore

Dicere, non nisi qui perficere ipse potest.

DEI PHILANTHROPIAE S.

In testamentum Istaëlis.

Ode Tricolos Tetrasstrophos. IX.

Vicina letho prouida mens senis,

Et iassa patrum tendere ad inferas

Sedes piorum, quas serenat

Spes patriam recolens supernam:

Et iam secundo proxima lumini,

Soluenda pressi & corporis artubus,

Cælique promissis adhaerens,

Certa boni memor & futuri;

Dilecta prolis pignora posteræ

Bis sena certus nomina conuocas,

Speraret vnde & comparandana

Sideribus sobolis ceteram.

His tum taganti ac hospitibus domo,

Certi nec usqñam compotibus soli

Speranda venturos in annos

Acta canit, numératque sortes:

Et regna, regum & munera, diuites

Promittit vrbes, & spolia; atque operæ

Gentes, & extintos tyrannos,

Numinis auxilio potentis.

Mores nepotum, cunctaque ab ordine

Spectanda rerum scula differit;

Seruanda præcepta & secundis

Temporibus dubiisque dictat.

Responſū